Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-565736-p0001-7

Tom. XIII
Miscellaneor. Philolog.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-565736-p0002-2

·ביהוה אלהינו·

משפטים

על ספר בראשית

Sive

POSITIONUM HAGIO-CRITICARUM PENTAS SECUNDA AD LIBRUM SACRUM בראשית

Quam

In Electorali Acad. Wittebergenſi

Sub

PRÆSIDIO

M. FRIDERICI SCHERERZII, Lûnæb.

P. Laur. Cæſ.

Publico Examini ſubjicit

BRANDANUS LANGEJANUS

Lûnæburgenſis

a. d. XXII. Aprilis Horis pomeridianis.

In Auditorio Minori.

Wittebergæ Typis hæred. Johannis Haken. 1654.

I.

BReſch. c. II 2. Codd. Hebraici ויכל אלהים ביום השביעי מלאכתי unanimiter habent. Codex verò Samaritanus variat, & pro ביום השביעי habet ביום הששי quam lectionem quoq; obſervarunt LXX Sen. dum per ἐν τῇ ἡμέρα τῇ ἕκτῃ illud expreſſerunt. Quæritur hic. An Codex Hebræus caſtigandus, emendandus, ac illuſtrandus ſit è Samaritanorum Codice? R. Nullo modo. Contra Lud. Capellum, Novum, & ſingularem è Scholâ Reform. Criticum, & Profeſſ. Salmurienſem in Galliis, qui in Criticâ ſuâ Sacrâ ed. ab ipſius Filio Joanne, è Reformato jam per decennium Pontificio, Pariſiis Anno 1650. affirmativam tenet, & h. l. Breſch. è Samaritano Cod. emendandum putat, adductô locô Schemoht. XX. 10. *Vid. Buxtorf. AntiCrit. Capellianâ p. 539. & Hotting. Exerc. ſuis Anti Morianis.*

II.

Breſch. XVIII. 3. אדני Rectius deducitur ab אדון Dominus, quod ab אדן baſis. Nomen Dei proprium quandocum ־ in fine ſcribitur non minus quam יהוה unde etiam Judæi pro יהוה hoc אדני legunt *V. B. Gerhard. Exeg. Loc. Th. p. 644.* agnoſcunt hoc R. Dav. Kimchi cit. Sixto Sen. Bibl. S. Lib. V. ann. 100. & Socinus *expl. dicti Pſ. LXVII. 18. contra Wiekum.* ac Crellius *l. 1. c. 10. de attrib. libr. Volkelii*

de

de V.R.præf. Quando v. cum chirek ſcribitur vel cum - pro-
phanum eſt, hominibus etiam honoris cauſa tributum.
Abſolutè de Deo uſurpatum in Codice Sacro CXXXV. vi-
cibus reperitur, licet in מסרה tantùm CXXXIV notante
Feſſelio An Sacr. p: 429. Sæpius cum יהוה & אלהים, aut u-
troq; ſimul in Scripturis conſtruitur, ut: Breſch XV. 2. 8. Ell.
deb. III. 23. Eſ. III. 15. c. VII. 7. & alibi quamplurimùm.

III.

Breſch XIX. 13. את המקום rectè legitur non אר,
quemadmodum hic Capellus Codicem Hæbraicum emen-
dare vult, dum teſtatur, ſe in Libro quodam Hiſpanico in
exteriori margine hoc annotatum vidiſſe. Nota eſt Recen-
tiori cujuſdam Critici aſt non Maſoretharum, qui atten-
dendi erant.

IV.

Breſch. XXII. 13. והנה איל אחר LXX malè reddide-
runt κριὸς εἷς cum in omnibus probatis Codd. non legatur
אחד ſed אחר, per errorem itaque ſic legerunt, non quod
in Codice eorum ita ſcriptum fuerit, ſed quod propter fi-
guras affines ד & ר ipſis hoc obtigerit, quod frequenter
ipſis accidit, uti Hieron. obſervavit. vid. Buxtorf. Anticrit.
Cap. p. 665. Ac Aquila, Symmachus, Theodotion, Hierony-
mus, & alii ſuis verſionibus teſtantur, ſe non אחד ſed אחר
legiſſe.

V.

Breſch. L. 21. וידבר על־לבם Elegantiſsima Hebræ-
orum phraſis, quando illud דבר locutus eſt planè em-
phaticè

phaticè, pro blandi loquentiæ ac conſolationis formulâ adhibere voluerint, junctum præcipuê cum על & לב ut h. l. quod & Chaldæi ac Syri faciunt. *V. Feſſelius Anim. S p. 48.* Et Græci παραμυθεῖσθαι, ac Latini *Alloqui* pro conſolari quoque uſurparunt, ut Seneca in Troade v. 620. Alios parentes *alloqui* in luctu decet.

FINIS.

01 A 6640

ULB Halle 3
003 108 309

Sb.

VD 17

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-565736-p0007-0

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-565736-p0008-6

65. 66

·ביהוה א

משפט

על ספר ב

Sive

AGIO · CRITICARUM

SECUNDA

M SACRUM

בראש

Quam

cad. Wittebergenſi

Sub

SIDIO

HER ERZII, LÛNÆB.

aur. Cæſ.

xamini ſubjicit

US LANGEJANUS

eburgenſis

Horis pomeridianis.

torio Minori.

ed. Johannis Haken. 1654.